



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Impedimenta dirimentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

Episcopus potest etiam dispensare in dirimentibus matrimonio contracto iam superuenientibus ad debitum petendum, *Nau. c. 26. n. 30. 34. Val. l. c. Syl. matrim. §. 7.*

*Impedimenta dirimentia, vide Episcopus.*

**E**rror scilicet cum creditur esse personæ quæ non est (secus est si erretur in personæ qualitate, ut diuitijs, aut nobilitate) aut à libero credatur esse liber qui seruus est. Quod si error qualitatis ad errorem personæ pertineret, dirimeret, ut si intendebat cum primogenito contrahere, cum talis non sit, sed secundus aut tertius.

Si liber seruum ducat Domino præsentem, & tacente seruitutem, fit ille liber, & tenet matrimonium.

Si Dominus ducat ancillam propriam, hoc ipso facere liberam alij aiunt, alij negant, & quidem probabilius.

Cum seruo inuito eius Domino potest contrahere & seruus, & liber. Non potest quidem Dominus prohibere, sed non tenetur consentire, ne sibi præiudicet.

Dominus consentiens in serui matrimonium, tenetur permittere, ut cohabitent, quantum opus est ad reddendum debitum. Quod si illo inuito seruus contraxit, cæteris paribus magis Domino tenetur quam uxori (in dubio



verò fauendum matrimonio, præsertim si sit periculum incontinentiæ:) potest verò etiam tunc seruum vèdere, si compellitur ad id causa aliqua, tenebiturque vxor libera seruum sequi, si potest sine graui damno.

Serua ducta à libero per errorem, sed volente postea consentire, non tenetur consentire; quidam tamen dicunt posse ab Ecclesia cogi.

\*Vide Ledes. Nauar. c. 22. num. 32. Tol. l. 7. c. 3. Vinal. à num. 113.

Quod si } Tol. l. c. num. 1. Vinal. num. 116.

Si liber } Vide Vinal. num. 126.

Si Dominus } vide Couar. l. c. c. 3. §. 7. Vinal. num. 125.

Cum seruo } Vinal. n. 121.

Dominus consentiens } Vide Nauarr. c. 22. num. 34.

Serua } Couar. l. c. c. 7. §. 2. n. 11.

2 **CONDITIO** si sit contra substantiam contractus, vt contra perpetuitatem matrimonij, aut fidem, & vterque consentiat: verba gratia, Contraho tecum ea lege, vt ad ulterio visum quæras, vel, vt non simul viuamus, vel, vt debitum non reddas, aut non reddam, vel, vt conceptio impediatur, vel, vt proles non educetur. Quod si talis conditio apponatur iam contracto matrimonio, non illud irritat.

Conditio perpetuò continendi, non dirimit, secundum quosdam, secundum alios dirimit.



rimis. Quod tenendum est cum communi  
sententia: est enim conditio destruens natu-  
ram contractus matrimonialis, in quo debet  
alter in alterius corpus ius acquirere. *Sot. d. 29.*

*q. 2. art. 4. Cou. 2. p. de matrim. c. 2. §. 1. n. 3.*

Conditio turpis, aut impossibilis habetur  
pro non adiecta. Quidam tamen dicunt, qua-  
cunque conditio addatur, si desit consensus,  
nihil fieri; & si adsit, tenere. quod mihi pro-  
batur, modo non sit conditio quæ iure ipso  
irritet, ut supra dictum est.

Si verbis de præsentis addatur conditio de  
futuro, cum impletur, non fit matrimonium  
sed sponsalia.

Conditio, Si pater consenserit, quem ne-  
scit esse mortuum, non impedit, quia signifi-  
catur si non resistat: si autem sciebat esse mor-  
tuum, quidam dicunt impedire, alij haben-  
dam pro non adiecta, ego rem pendere puto  
ex intentione dicentis.

\*Conditio } *22. q. 2. Can. solet, Can. aliquando*  
*Tol. l. 7. c. 13. n. 1. Vival. n. 53. Nau. l. c. nu. 61. Couar.*  
*l. c. c. 3. §. n. 1, Sot. d. 2. 29. art. 3. Ledes. q. 47. art. 5.*  
*p. 248. Val. l. c. q. part. 3.*

Quod si } *Ledes. l. c. pag. 249.*

Conditio perpetuo & c. non dirimit } *Pal.*  
*4. d. 30. q. concl. 2.*

Dirimit } communis opinio *Ledes. q. 47. art.*  
*3. Val. Couar. l. c. Sot. d. 29. q. 2. art. 1. Nau. l. 4. con-*  
*sil. 14. de sponsal. Vival. n. 56.*

Turpis }



Turpis  $\zeta$  c. 1. de cond. appof. Tol. c. 13. Val. Sol. l. c. Nau. c. 22. n. 62.

Si verbis  $\zeta$  Vide Ledef. q. 47. ar. 5. Vinal. num. 44. Couar. l. c. nu. 5. Val. l. c. Sed Nau. c. 22. nu. 63. & alij, putat, secuta conditione, esse matrimonium, quod negat Didacus Perez l. 2. tit. 1. l. 5. ordinat.

Si pater  $\zeta$  Vide Nau. c. 22. nu. 64.

Pro non adiecta  $\zeta$  Nauar. l. c. num. 1. si tamen adsit consensus interior in conscientia est matrimonium.

3 VOTVM scilicet solemne Religionis, vel Ordinis sacri.

Contrahentem post votum castitatis, aut suscipiendi Ordinis sacri, teneri, antequam consummet, implere votum suum, cum ahuc possit intrando Religionem, alij negant, alij probabilius affirmant: peccareque ideo cum quando prima vice consummat, etiamsi non petat, sed reddat, Syl. matrim. 9. q. 5. §. 2. Nauar. c. 22. num. 73.

\*Votum  $\zeta$  Vide Val. l. c. q. 5. p. 3. Nau. c. 22. num. Vinal. à num. 129.

Tria etiam vota simplicia in societate Iesu ex Greg. XIII. Bulla an. 1584. Val. l. c.

Contrahentem  $\zeta$  Hanc quaestionem multis explicat Ledef. q. 53. art. 1. Vide Nauar. c. 22. num. 73.

Qui religionem ( non qui castitatem voluit) tenetur ante consummationem ingredi religiosum.



rel giosum ordinem. *Sot. d. 38. q. 2. art. 1.* si sine consummatione potest cum coniuge viuere: vel si non sit ad religionem aptus, non tenetur ingredi. *Ledes. l. c.*

4 COGNATIO carnalis vsque ad quartum gradū consanguinitatis inclusiue. Quod si alter sit in tertio, & alter in quinto, possunt contrahere, habetur enim ratio remotioris. Quod si alter sit in quarto, alter in tertio, & exprimat in supplicatione tantum quartus, sufficit ad valorem dispensationis, obtinendę tamen sunt postea litterę declaratorię super gradu propinquiore iuxta stylum Curię Romanę, & Constitutionem Pij V. 24. quę incipit: Sanctissimus.

Quoto gradu distant personę à communi stipite, tot & inter se distant, quod si inæqualiter, quoto remotiore. Sunt verò tot gradus in linea, quot personę, dempta prima, id est, stipite, id quod etiam in Iure Ciuili obseruatur in ascendentibus & descendibus: at inter collaterales, cum distant æqualiter, duplicatur gradus secundum Ius Ciuile, respectu Canonici, cum autem inæqualiter, tot sunt gradus, quod personę, dempto stipite.

Cum parentibus Iure diuino prohibitum matrimonium, idque solum, secundum quosdam, secundum alios etiam cum fratribus alijs etiam cum nouerca, & auo, & omnibus ascendentibus & descendibus, & cum illo-  
rum.



rum sororibus & vxoribus. Ego cū alijs pyto  
posse Papam dispensare cum omnibus excep-  
tis parentibus, & fratribus.

Potest filius Patris ex alia vxore ducere fi-  
liam vxoris eius ex altero viro.

Infideles conuersi possunt manere in gra-  
dibus prohibitis sola lege humana, nisi essent  
in gradibus sua lege matrimonium irritanti-  
bus coniugati: in ijs enim opus esset de nouo  
contrahere. Vide *Cultus disparitas*.

\*Cognatio} *Cou. l. c. c. §. 6. Nau. n. 43. l. c.*

Quoto} *vide Couar. l. c. nu. 7. Fum. matr. 23. 24.*  
¶ sunt verò} *Fum. 25. Syl. matrim. 8. q. 6. vers.*  
*Quartum.*

Cum parentibus} *Sot. d. 49. q. 1. art. 3. Vide*  
*Syl. matrim. 8. q. 6. vers. Quintum.*

*Ledes. q. 54. art. 1. naturali iure vetitum esse*  
*ait D Th. add. ad 3. q. 54. art. 3. in 1. tantum gra-*  
*dum ascendentium, & descendentium natu-*  
*ræ iure matrim vetitum dicit.*

Nouerca} *ita Cou. l. c. §. 10. nu. 3.*

Ascendentibus} *Scot. Palud. Richard. Vide*  
*Couar. l. c. n. 4. duas alias sententias oppositam*  
*ynam, mediam alteram refert, Ledes. l. c. art. 3.*

Ego} *Sot. d. 40. q. 1. art. 4. Vist. Ledes. l. c.*

Potest} *ex affinitate non oritur affinitas,*  
*quare potes ducere in vxorem viuentem fra-*  
*tris vxoris tuæ iam mortui vxorem, Couar. l.*  
*c. §. 7. num. 6.*

Infideles} *Cou. l. c. §. 10. n. 3. Nau. c. 22. n. 48.*

5 CO.



5 COGNATIO spiritualis, scilicet inter baptizantem vel confirmantem, & tenentes ex vna parte, & baptizatum vel confirmatum, eiusque parentes ex altera: nec ultra designatos ad tenendum, alij tangentes contrahunt cognationem. Quod si nulli designentur, omnes tangentes seu tenentes dum baptizatur, vel de fonte leuatur, contrahunt; itemque quotquot Parochus ad tenendum designauit, si teneant.

Cognationes alia spirituales, quae olim in Baptismo, aut Confirmatione contractae erant, sublatae sunt per Conc. Trid.

Etiā in Baptismo dato in necessitate contrahitur dicta cognatio, non autem in baptismo solemniam ante baptizati.

Si pater in necessitate filium baptizet, potest debitum ab vxore petere: alioqui cognatio haec superueniens matrimonio, debiti petitionem impedit in eo, qui fecit (nisi fecisset necessitate, aut ignorantia Iuris, vel facti) dispensat tamen Episcopus.

Cum non baptizato non contrahitur cognatio: etsi id quidam affirmant.

Non confirmatum contrahere in Confirmatione cognationem, alij aiunt, alij negant, minus probabiliter.

Sufficit ad contrahendam cognationem tangere solum linteum, oportet verò tangere intictione faciendi quod solent patrini, potest



testi & quis tenere non tangendo, ut infantem in disco, vel assistendo tanquam susceptor dum baptizatur, vel levatur.

Potest quis tenere filium eius qui suum tenuit, & vir vxorq̄ue eundem, sed non decet.

Cum quis per procuratorem tenet, ipse contrahit cognationem, non procurator, potest autem esse procurator viri mulier, & mulieris vir. *Ex Cong. Cont.*

\*Cognatio 3 *Vide Nau. l. c. nu. 37. D. Th. & Ledes. l. c. q. 46. art. 5.*

Quod si 3 *Nau. nu. 39.* at Suarez putat à nullo contrahi cognationem, si nulli designentur.

Etiā 3 *Sot. d. 42. q. 1. ar. 2. Na. n. 40. Ledes. l. c. Si pater 3 D. Tho. Ledes. q. 56. art. 1. Nauar. c. 16. nu. 34. Suarez q. 57. art. 8.* probabile putat, non amitti ius petendi etiam si sine necessitate quis baptizet filium.

Ignorantia 3 inculpabili scilicet nam crassa non sufficit. *Sot. l. c. art. 1. Ledes. ex ca. si vir de de cogn. spir. Vide Nau. c. 16. nu. 34.*

In fraudem matrimonij suscipiens, aut baptizans filium mortiferè peccat, & perdit ius petendi: si ambo hoc faciant eodem modo peccant, neuter potest debitum petere, sed tenetur reddere. *Nau. c. 16. & Ledes. l. c.*

Cum non baptizato non contrahit 3 *vide Ledes. q. 56. art. 3. Fum. matrim. 11. Sot. d. 42. q. 1. art. 3.*

Non confirmatum 3 ait *Sot. l. c. negat Viñ. nu. 51.*



num. 51. Tolet. l. c. c. 24. num. 11. Ang. citatus à Syl. matrim. 8. §. 7.

Si quis in necessitate filium, alio aquam infundente susciperet, forsitan non contraheret cognationem: quia ubi non est solemnitas, ibi non est susceptor. *Sot. l. c.*

Sufficit *Sot. l. c. art. 2.*

Vel assistendo *Sot. l. c.* sed *Ledes. l. c.* refert, à se visam declarationem *Congr. Concil.* dicentē à muliere assistente, & non tangente cognationem non contrahi.

Potest & c. vir vxorque *ex c. Quod autem 30. q. 4. Vide Nau. c. 22. nu. 39.*

Cum quis *Dux* sunt sententiæ, pro vtraque sunt argumenta; *Vide Nau. consil. 6 de cognat. spir.* contrariam probabiliorem putat, quam sequitur *Ledes. l. c. art. 3.* citatque *Congr. Concil. Nau. l. c.* seruandam consuetudinem docet, si alicubi sit, vt procurator non contrahat, *Sot. l. c. q. 1. art. 2.* cognationem contrahi, ait, à Procureatore, cum requiratur actio personalis. *Vide Couar. l. c. cap. 6. §. 4.*

Viri mulier *Suarez l. c. q. 67. art. 8. Ledes. q. 42. art. 1.*

6 COGNATIO legalis, scilicet inter adoptantem, & adoptatum, huiusque descendentes vsque ad quartum gradum, & inter adoptatum quandiu non est emancipatus, & adoptantis filios legitimos dum sunt in patris potestate, & inter vxorem adoptantis, & adop-



adoptatum, & inter huius vxorem, & adoptantem.

Mortuo adoptante, inter huius filios legitimis, & adoptatum, nullum est impedimentum.

Duo adoptati possunt inter se cōtrahere.

Episcopus potest dispensare in iam contracto, secundum quosdam.

\*Cognatio} *Vide D. Tho. c. q. 57. art. 1. 2. 3. Ledes. 16. Nau. c. 22. n. 44.*

Emancipatus} *Nau. n. 45.*

Mortuo} *D. Thom. & Ledes. l. c. art. 3. Sor. Nauar. l. c.*

Duo} *Fu. l. c. n. 19. Sor. Syl. & alij citati à Ledes. l. c. ar. 3. cōtrarium tamē nōnullis placet.*

Episcopus} si nō fit facillimus ad Papam recursus, *Sor. l. c. in fine.*

7 CRIMEN. Primò, si vtriusq; opera occidatur alter ipsorum cōiux vt possint cōtrahere: secus si alterius tātum opera occidatur, etiam ad illum finem; modo adulterium ab vtroque notum nō interueniat: aut si alia intētionē etiam interueniēte adulterio occidatur etiam ab vtroque, aut solum ratificetur, modò nō præcesserit iussio, aut cōsiliū, Putāt verò quidam si vir vxorem occidat, vt ducat adulteram, dirimi; nō autem si vxor occidat virum: sed & id alij affirmāt. *Vide 31. q. 1. Si quis viuentē. Secūdo, si adulter ante vel post cōtractum cōtrahat*  
cum



cum adultero validè cōiugato, aut ei promittit nō deceptorie seu fictè ante vel post adulterium, contracturum post mortem coniugis: oportet autem adulterium esse vtrique notum, & promissionem ab altero acceptari.

\*Crimen) Vide Sot. dist. 37. q. vnic. ar. 4. D. Thom. Ledef. q. 60. ar. 2. Nau. c. 22. num. 4. 6. Syl. matr. 8. f. 9.

Modò Syl. l. c. q. 5. p. 3. Aut si Syl. l. c.

Ratificetur Syl. l. c. 16. 3. Iussio Syl. L. edef. l. c.

Affirmant Syl. l. c. primum. Secundo Syl. l. c. crimen.

Oportet autem Syl. l. c. ex D. Thom. Nauar. l. c. num. 46.

8 CVLTVS DISPARITAS: scilicet cum nō baptizato, matrimoniū nullum est. Valida tamē sunt sponsalia cum conditione si baptizetur.

Conuersus ad fidem, si cōiux infidelis mortuus nō vult conuerti, potest contrahere matrimonium, vel fieri Religiosus, vel accipere ordinem sacrum. Quamquam prius matrimonium non dissoluitur nisi per secundum fidelis matrimonium, vel professionem Religionis. Si tamen est ordinatus, non restituitur infideli conuerso. Quidam tamen sentiunt dissolui, simul ac infidelis non vult cum fidei habitare, aut non sine Dei iniuria.



Si infidelis conue titur, non est opus nouo consensu ad matrimonium .

Si conuersus habeat multas vxores, eæque omnes conuertantur, solam potest retinere quam primò legitime duxerat.

Conuersum sequuntur filij non adulti: in dubio autem de vsu rationis, iudicandum in fauorem fidei. Conuersus autem filius gaudet hæreditate, & vxor dote.

Mortale est cum hæretico contrahere, nisi esset spes certa conuersionis.

\*Cultus } Syl. l. c. nu. 10. Val. l. c. Nau. l. c. nu. 48.  
Catherinus l. 5. contra Caiet. diuino iure, nullū esse matrimonium cum non baptizato contractum. sed verior est cōmunis opinio, nullū esse humano iure, ita Caiet. Scot. Sot. vide Val. l. c. Sot. Ledes. q. 59. ar. 1. Couar. c. 6. §. 11. nu. 1. l. c.

Valida tamen } Syl. l. c.

Conuersus } Syl. l. c. q. 10. vide Na. d. 22. n. 48.

Nisi per secundum } Couar. l. c. Val. l. c. d. 10. q. 1. p. 7. ex D. Tho. Palud. Syl. Ledes. l. c. ex communi dicunt, non dissolui actu, nisi de facto cum alia contrahatur matrimonium.

Non sine } Nau. c. 22. nu. 48. Sot. d. 39. q. vnic. art. 4. concl. 2. Si tamen } Syl. l. c.

Si infidelis } & fit Sacramentum Tho. de Argentina 4. d. 39. q. art. 1. Bellar. l. c. 5. de matrim. in fin. ex D. Tho. & communis: Sed Pal. Capreol. 4. d. 26. q. vnic. art. 3. ad 5. Eckius homil. 73. de sacra. dicunt denuò contrahendum.

Si con-

Si co

Con

ibidem.

Con

Mort

consil. 1. a

Si qui

trimoni

alij neg

1. Vide

9 VIS,

tat matr

stantem

ramente

rò est m

gni dam

re iustè i

dat legit

medici r

Qui t

matrim

tus.

\*Vis

art. 3. Led

si à liber

Ledes. l. c.

Copu

Non e

Reue

aiunt ali



Si conuersus } *Syl. l. c. q. 10. sept.*

Conuersum } *D. Th. q. 59. art. 4. ad 4. Ledes. ibidem. Syl. l. c. in fine.*

Conuersus } *Nau. conf. 2. de Iud. Syl. l. c. in fine.*

Mortale } *Val. l. c. q. 5. p. 8. Nau. c. 22. nu. 49. & consil. 1. de constit. nu. 63.*

Si quis tamen contrahat cum hæretica, matrimonium valet *Couar. l. c. c. 6. §. 11. nu. 4. Licet alij negent. Vide Val. Couar. l. c. Ledes. q. 59. art. 1. Vide Azor. l. c. 11. de metu.*

9 VIS, scilicet illata ad contrahendum, irritat matrimonium factum metu cadente in constantem virum (nec firmatur cōsensu aut iuramento, aut copula durante metu) talis verò est metus carceris, vel flagellorum, aut magni damni; non est autem talis qui à Superiore iuste incutitur, aut si quis contrahat, vt eadem legitimam pœnam mortis, aut ducat filiã medici nolentis altoqui mederi.

Qui timore contrahit, sciens esse inualidum matrimonium, non peccat, timore excusatus.

\* Vis } *Val. l. c. q. 3. p. 2. D. Tho. add ad 3. p. q. 47. art. 3. Ledes. 16. Sot. d. 29. q. 1. non irritat autem, si à libera causa incussus sit, ad alium finem Ledes. l. c. §. Iuramento } Ledes. l. c. p. 231.*

Copula } *Val. l. c. Nau. c. 22. n. 51.*

Non est autem } *Val. Ledes. l. c.*

Reuerentiali metu irritari matrimonium, aiunt alij: negant *Couar. l. c. cap. 3. §. 6. Val. l. c. in fine.*



*sine*, nisi iniunctus sit cum metu grauis mali.  
*Vide Ledes. l.c.*

10 ORDO scilicet sacer. Quod si quis iam coniugatus ordinetur sine consensu vxoris, nec poterit vti Ordine, nec debitū petere, nec ad superiorem Ordinem ascendere, nisi Religionem professus. Non potest autem profiteri, si erat consummatum, nisi vxore consentiente, & castitatem vouente *iuxta c. cum sis, de conuers. coniugat.*

\*Ordo } *Con. l. c. c. 6. §. 3. D. Tho. & Ledes. q. 53. art. 4. Nau. l. c. n. 52.*

Non potest autem } *Vide Ledes. l. c.*

11 LIGAMEN, scilicet coniugij.

Qui contraxit falsò credens coniugem viuere, cum intentione contrahendi quantum posset, validè contraxit.

Quæ ex probabili causa firmiter credit virū mortuum, si nubit, excusatur.

\*Ligamen } *Vide Nau. 53. Viu. n. 232.*

Qui contraxit } *Nau. nu. 56. Syl. l. c. q. 13.*

Quæ ex prob. } *Vide Nau. n. 55.*

12 HONESTAS, scilicet si contrahatur cum cognato etiam in quarto gradu coniugis prioris, etiam per ratum solum coniugium, nisi illud coniugium esset inualidum, & occultū, aut manifestum esset fuisse inualidum: item si contrahatur cum cognato in primo gradu sponsi de futuro, nisi sponsalia fuissent inualida, aut soluta de communi consensu.

Potest



Potest in iam contracto dispensare Episcopus, secundum quosdam, si non possit facile adiri Papa, propter legitimum impedimentum, dummodo matrimonium sit publicum, & impedimentum occultum. *Nau. c. 22. nu. 85. cum Ang. & Sylu.*

\**Ledes. q. 55. art. 1. Nau nu. 43. Vin. 234.*

Inualida } *Trid. sess. 23. c. 9. De inualidis in solo foro interno, consensus vitio, idem docet Ledes. l. c. art. 4. licet alij negant.*

Ex sponsalibus verò sub conditione contractis, ea nondum impleta, non oritur publica honestas. *Couar. c. 6. §. 2. n. 4. Ledes. l. c.*

Impedimentum ex matrimonio rato alij publice honestatis, alij affinitatis esse dicunt: hoc certum impedire vsque ad quartum gradum. *Ledes. l. c. pag. 442.*

Potest } si scandalum timeatur ex separatione si sit bona fide matrimonium contractum, & ad Papam, aut Nuntium, ob iustam causam non pateat aditus; Vide *Tol. l. 7. c. 18. n. 6. Ledes. q. 56. art. 5. Sanchez lib. 2. d. 40. de matrimon. Negant tamen Sot. Cord. & alij. Vide Sanchez l. c.*

13 AFFINITAS scilicet cum affine vsque ad quartum gradum inclusiue, quod si est affinitas ex fornicatione vsque ad secundum solum.

Affinitas contrahitur cum eo, cuius quis consanguineo est copulatus, eodemq; gradu

T 2 quo



quo erat ille consanguineus : requiritur verò in copula seminatio viri intra vas fœminæ.

Cum bona fide contractis per ignorantiam cōsanguinitatis, potest secundum quosdam, Episcopus dispensare, si Papa non possit facile adiri, propter legitimum impedimentum, si tamē, vt supradictum est, matrimonium sit publicum, & impedimentum occultum.

\*Affinitas} *Nau. c. 22. nu. 42.*

Ex fornicatione} *Trid. sess. 24. c. 4. de refor. Seminatio} *Nau. l. c. nu. 43. ex nulla turpitudine, nisi semen naturale mulieris vas ingreditur, nascitur affinitas. *Nau. l. c. neque si mulier per vim cognoscatur. c. Discretionem. de eo, qui cog. immò quidam dixerunt, requiri seminum commixtionem.***

Cum bona fide} *Ledes. l. c. pag. 535. sed contrarium tradit *Sot. lib. 1. q. art. vlt.**

14 IMPOTENTIA, scilicet seminandi intra vas, vel in ore vasis. Quidam tamen aiunt sufficere copule potentiam, etiam desit seminatio. Certè valdè senes contrahere solent : oppositum determinavit Sixtus V. noua constit. ann. 1587. die 7. Iunij.

Impotentia est, quæ non potest tolli sine miraculo, aut peccato, aut vitæ periculo, seculis si orationibus, aut exorcismis, aut cum potest adhiberi remedium per ætatem, aut ætatem, sine graui periculo.

Id maleficio, & impotentia, quæ speratur posse



posse tolli, datur triennium ad explorandum an possit copulari; quod si non speratur, statim separandi.

Quæ simpliciter est impotens respectu vnius, non est illi reddenda, si deprehendatur cum altero esse potens.

Quæ sine periculo vitæ potest concipere, etiamsi sine eo non possit parere, non censetur impotens.

Scienter contractum cum impotente tenere alij aiunt, alij meritò negant, tales certè separandi non sunt, sed debent ab impudicis actibus abstinere.

Cum dubium est præcesseritne impotentia contractum, vel an sit secuta, quidam putant dirimendum, quibus assentior, credendum enim præcessisse, etsi quidam negent.

\* Impotentia } *Sot. d. 34. q. 1. art. 2. Ledes. q. 58.*  
*ar. 1. vide Lopez p. 1. c. 79. Nau. n. 59.*

Quidam } *Gl. in c. Hi qui. 32. q. 7. & Nau. fortasse c. 22. n. 60.* quia Caiet. ab eo citatus de temporali impotentia ad seminandum loquitur.

Certè valde senes } si semē fundere possunt, verè contrahunt: non è contra ait *Sot. d. 34. q. 1. art. 2. col. 10. ex D. Thom. & Scot. Sanchez lib. 7. d. 91.* Valere senum semen non fundentiū matrimonia (retinent enim insitam seminandi vim senio impeditam per accidens; & potentia ad actum reuocari potest) *Val. censent. l. c. q. 5. p. 3. Nau. n. 59. Manuel t. 2. c. 235. art. 11. citati*



à Sanchez l. c. Lege etiam Couar. c. 8. §. 2. nu. 11. vi-  
de Vial. l. c. de matrim. n. 238.

Impotentia 3 Inno. in c. fraternitatis. de frig. &  
malefic. Sot. d. 34. q. 1. art. 2.

In maleficio 3 cap. Laudabilem. de frig. & ma-  
lefic. De malefic. D. Thom. & Ledes. q. 58. art. 1.  
2. Sot.

Quę simpliciter 3 De hac re vide Ledes. q.  
59. art. 1.

Scienter 3 Negant 3 Naua. c. 22. num. 60. Val. l.  
e. q. 5. p. 3. quia præcedens impedimentum  
matrimonium irritat; intellige cum Soto l. c.  
si sit perpetuum.

Aiunt 3 Palud. dist. 34. q. 2. D. Anton. 3 p. 1. l.  
cap. 12. §. 3.

Sed debent 3 viuant tanquam frater, & so-  
ror c. laudabilem. cum Glos. de frig. & malef.

Addit. 3 Impeditus ita, vt arte iuari queat, te-  
netur aliquam molestiam proferre; vt illud  
impedimentum tollatur, non tamen grauissi-  
mum, aut diuturnum morbum: quod si sine  
vitæ periculo nequeat tolli, impedimentum  
perpetuum est. c. Fraternitatis. de frig. & malefic.  
Sot. l. c.

Impotentia magica arte indigens censetur  
perpetua, quia demonum ope vti non licet.  
Sot. l. c.

Impedimentum dirimens contracto coniu-  
gio accidens iure saltem exigendi priuat. Sud-  
rez t. 3. q. 67. art. 8. com. ex D. Th. & communi.

Vbi



Vbi Iudex, secundū probata, & allegata matrimonium coram Deo nullum validum declaravit, cōiuges ab omnibus impudicis actibus abstineāt: & si sit incontinentię periculū, recedat alter ab altero, si sit validum in foro animæ, & nullum in foro fori, contrahant iterum in facie Ecclesiæ. *Ledes. q. 55. art. 11.*

*Medicus, vide Infirmus.*

1. **M**edicus non potest Doctoratus gradū accipere, aut facultatem medicandi nisi iuret coram Notario, & testib<sup>9</sup> se seruaturum decretum Pij V. de admonendo statim ægro Confessionis, quam si ille non faciat, de non visitando tertio die, nisi differret de consilio Confessoris. *Ex Pij V. Bulla.*

\*De medicorum peccatis *Nau. c. 25. nu. 60.*  
*Caiet & alij Summist. e. vers. Medicus.*

2. Medicus tenetur pauperem, & gratis curare, & ei soluere necessariam medicinam, si potest.

\**Vide Naua. l. c. nu. 64. Fu. vers. Medicus num. 1. in fine.*

3. Medicis non debet Iudex negare suspensum ad Anatomiam. \**Syl. vers. Medicus 9.*

4. Medicus pretium accipiens immodicum, tenetur restituere, vt qui plus iusto aliquid vendit. \**Vide Fum. l. c. n. 3. Nau. n. 63.*

*Mendacium, vide Iuramentum.*

1. **M**endacium officiosum etiam in iudicio veniale peccatum est: item quod

T 4 fit